

PSALMI, XLI. EXPOSITIO

EPI. XLII.

200

& p̄xima meref̄ vocari. Hęc est filia de qua supra dictū est: Astitit̄ regina a dextris tuis in vestit̄
 tu deaurato. Quę aut̄ supergressa sunt sex dies mūdi; & futura regna suspirant; reginā appell̄
 lanf̄. Si qua vero circūcisionē quidē habet octauę diei; sed adhuc nō venit ad nuptias; hęc cōcu
 bina vocat̄. Diuersa aut̄ multitudo creditū; quę necdū potest sponsi copulari amplexibus;
 nec de eo libros parere; adolescentula dicit̄. Ego puto de istis virginibus quę sequūt̄ ecclesiam;
 & in primo ponunt̄ gradu; & te esse & oēs qui in virginitate corporis & aię p̄seuerant. Proxi
 mas aut̄ & amicas viduas esse; & in matrimonio cōtinentes; quę oēs cū læticia & exultatiōe du
 cunt̄ ad templū & in thalamū regis; In templū q̄si sacerdotes dei; in thalamū q̄si sp̄s̄a regis &
 sponsi. Hoc templū & Iohānes vidit̄ in apocalypsi; & p̄pheta desiderat; Vnam inq̄t petij a dño;
 hanc requirā; vt̄ inhabitē i domo dñi oēs dies vitę meę. Et iterū: Dñe dilexi decorē domus tuę
 & locū habitatiōis gl̄iæ tuę. Et in alio loco: Quia transibo in locū tabernaculi admirabilis vsq̄
 ad domū dei; in voce exultatiōis & cōfessiōis sonitus festa celebratiū. Scutulata aut̄ quibus spo
 so suo regina cōponit̄; ipsa sunt quę in Septuaginta legimus circūamicta varietate. Pro p̄ribus
 tuis nati sunt tibi filij; constitues eos principes sup̄ oēm terrā. In hebraico: Pro patribus tuis erūt̄
 tibi filij; pones eos principes in vniuersa terra. Et ex patris p̄sona nequāq̄ de filia: sed rursus ad
 filiam sermo intelligi potest; & ex sp̄s̄ sancti & ex filioꝝ Chorę. Si ergo ad sponfam sermo diri
 git̄; sponfa aut̄ de nationibus cōgregata est; cui sup̄ dicit̄: obliuiscere populū tuū & domū patris
 tui; debemus sp̄s̄a p̄res nosse; vt̄ cōsequēter nouerimus & filios. Pro p̄ribus tuis de q̄bus in He
 remia locuta est; q̄ falsa possederūt̄ p̄res n̄r̄; idola; & nō est in eis qui pluat. Pro Platone; pro cę
 teris diuersoꝝ dogmatū & erroꝝ magistris nati sunt tibi filij; quos cōstituiti principes tuos; &
 fecisti in populos p̄ceptores. Vel certe aliter: O eccl̄ia; filij tui q̄s genuisti tibi; vertent̄ in p̄res
 tuos; cū de discipulis eos feceris magistros; & in sacerdotali gradu oīm testimonio collocaueris
 Sinaut̄ p̄res eccl̄iæ intelligimus Abraā; Isaac; & Iacob; & reliq̄s patriarchas; filios qui i patrū ho
 nore sunt nati; ap̄los intelligamus; qui missi sunt a dño p̄dicare vsq̄ ad extrēmū terrę; & ba
 ptizare credentes in noīe trinitatis. Sed quærūt̄ quō eccl̄ia de gentibus patres habere possit Ab
 raam; Isaac; & Iacob; cū ei supra dictū sit: Obliuiscere populū tuū; & domū patris tui. Legamus
 euangelist̄; Nolite dicere; patrē habemus Abraā; potens ē deus de lapidibus istis; hoc est de duro
 corde gētiliū suscitare filios Abraę. Et i alio loco: Si filij essetis Abraę; opa Abraę faceretis. Et i
 Genesi ad ip̄m Abraā loquit̄ deus: In semie tuo inquit̄ benedicent̄ oēs gentes. Sicut enī ille in p̄
 putio ex fide iustificatus est; ita & nos iustificabimur in eadē fide; si habuerimus fidē & opa pa
 tris nostri Abraę. Potest hoc ipsū ad saluatorē dici; vel a p̄re; vel a p̄phetali choro & a sp̄s̄ sancto;
 Pro patribus tuis stirpe videlicet iudæoꝝ; qui te reliq̄rūt̄ & negauerūt̄; nati sūt tibi filij ap̄l̄
 Et de nationibus credētes; quos cōstituiti principes in vniuersa terra; Memor ero noīs tui dñe
 in oīi generatione & generationē. Propterea populi confitebunt̄ tibi in æternū; & in seculum
 seculi. In hebraico: Recordabor noīs tui in oīi generatione & generationē. Propterea confite
 bunt̄ tibi populi in seculū & in æternū; Qd̄ nos interpretati sumus: Cōfitebunt̄ tibi. Symmachus
 transtulit̄: Laudabunt̄ te. Regina quę steterat a dextris tuis i vestitu deaurato; & iussa fuerat obli
 uisc̄i populū & domus patris sui. Et iterum illi dictum erat; Pro patribus tuis nati sunt tibi filij;
 cōstitues eos principes sup̄ omnē terram; intelligens quanta decoranda sit gloria; & q̄bus p̄r
 mijs subleuanda; conuertit̄ ad sponfam voces suas; & pollicet̄ recordaturā se semper nominis
 sponsi i oīi generatiōe & generatiōe. Qd̄ p̄misit; videmus expletū. Ipsa christiana nobis om
 nibus christianoꝝ nomē imposuit; nomē nouū; in q̄ benedicunt̄ oēs familia gentiū. Recordat̄
 aut̄ nō in vna generatione; sed in omnibus; vel cunctas significas nationes; vel duas nationes iu
 dæoꝝ atq̄ gentiliū. Et q̄ hoc parū est; si in duabus generatiōibus noīs dñi recorderē; p̄pterea po
 puli q̄ in eccl̄ia fuerint̄ confitebunt̄; & laudabunt̄ dñm in æternū; & in seculū seculi. Qñ & tu o fi
 lia Principia sanctoꝝ mixta choro inter virgines duceris ad regē; & ex domibus eburneis dele
 ctabis sp̄s̄m in honore tuo; tūc recordare & mei; q̄ huius psalmi tibi; dño reuelante intelligē
 tiā tribuit̄; & dicit̄: Memor ero noīs tui; vt̄ quę partē intellexisti carminis si vita comes fuerit; &
 totū canticū canticoꝝ itelliges.

Apoc. 11
 ps. 25.
 ps. 25.
 ps. 41

Mic. 16.

Mat. 3.
 Ioh. 8.
 Gen. 15.

Beati Hieronymi p̄byteri expositio psalmi, XLI. Sicut ceruus desiderat ad fōtes aquarū; ad
 renatos in vigilia paschæ habita.

EPI. XLII.

O Mne psalteriū sagaci mente plustrās; nusq̄ inuenio q̄ filij Chorę aliquid triste cantare
 vint; Semp in psalmis eorū læta sunt & iocunda; semp terrenis humilibusq̄ cōtemptis;
 celestia & æterna desiderant; cōgruentes interpretatiōi noīs sui. Sigdē Chorę interp̄
 tat̄ caluities. Quia ergo dñs noster in loco Caluarie crucifixus est & sepultus; q̄cūq̄ i cruce eius
 N